



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

260. Feria 2. de Beneficentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

464 Dominica 13. post Pentecosten.

suis, suorumque Angelorum consolationibus Matth. 4. remuneretur. Denique infamantium multorum societate cibis distendi crudelitas videtur, ait D. Laurent. Justinian. Lib. 20. de Discipl. Monach.

Conf. 3. Actiones ejus sunt: 1. Gibos ab Ecclesia vetitos pro tempore, non sumere. 2. Jejunia Ecclesiae servare, & ex consilio aliqua suscipere. 3. Horam consuetam refectionis tenere. 4. Lautiora & pretiosiora aversari. 5. Communes cibos libenter assumere. 6. Quantitatem solum necessariam admittere. 7. Ante refectionem, cibi cogitationem excludere, in actu edendi aviditatem cohibere. 8. Ex quantitate, qualitate, & numero esculentorum ea omnia detrahere, quae sanitati corporis, & puritati mentis officerent, juxta illud: *Sanitas est anima corporis sobrius potus*, Eccli. 31. cuius fonte defectu tot hodie leprosi Christo occurrunt. Dicebat S. Bernardus serm. 25. inter parvos. *Tria sunt, quae faciunt sanctum, virtus sobrius, actus justus, sensus pius*: Addam ego quartum, *Eucharistiæ esus*.

MEDITATIO CCLX.

Feria 2. Domin. 13. post Pentecost.

De Beneficentia.

V Idebo D. IESVM visceribus misericordia

costen. Feria 2. Domin. 13. post Pentecost. 465

solationi. dix indutum, qui pertransiit beneficiendo.

enique in Actor. 10. Petam eum imitari.

is distendi. Justinian, Conf. 1. Beneficentia est affectus voluntatis operi conjunctus, quo propter Deum conferimus beneficia in omnes, in quos possimus.

Sibos ab sumers. filio ali- am refe- etiosiora iter assu- essariam bi cogi- avidita- talitate, detra- ti men- & animo us forè curre- s. inter , vicitus am ego cost. ricor- diae

Conf. 2. Incitamenta ad eam sunt: 1. fratera charitas sine beneficentia exigua est, aut nulla. 2. Beneficentiae opera sunt hostiae Deo acceptissimae, habentes pro mercede ipsum Deum. 3. Omnis creatura nos ad beneficentiam invitat: nihil enim est in natura, à quo beneficium non accipimus. 4. Exemplum Christi, qui nobis beneficentissime donavit conceptionem suam, vitam, infanciam, pueritiam, adolescentiam, juventutem, mortem, resurrectionem, ascensionem suam, & missionem Spiritus sancti, ut conceptio ejus emundaret meam, vita ejus instrueret meam, mors ejus meam destrueret, resurreccio ejus meam præcederet, ejus ascensio meam præpararet, Spiritus eius adjuvaret infirmitatem meam. Adeò Christus ubique fuit beneficus, & utilis, loquens & tacens, tangens, & attrectatus, dormiens & vigilans, sedens & stans, denique peregrinus inter homines versans omnes male habentes curavit, Matth. 4. & 8.

Conf. 3. Actiones ejus sunt: 1. Beneficia

V s tempo-

456 Feria 3. Dom. 13. post Pentecost.
temporalia & spiritualia, doctrinæ, consilij,
& exempli, pro facultate omnibus domesti-
cis & externis, cognitis, & incognitis elargiri.
2. Hæc eadem, cum petuntur, statim, sine
mora, bilariter, & libenter dare. 3. Si proximo
utilia, vel ad ostensionem amoris necessaria
sunt nostra obsequia, ea gratariter ingerere.
4. Ignorantes, & nihil de nobis cogitantes,
cum Deo gratum fore putatur, operibus pu-
ritatis afficere. 5. In gratiam, & utilitatem
aliorum aliquam incommoditatem sustine-
re, & pro salute eorum spirituali, etiam vi-
tam temporalem exponere. 6. Pro beneficiis
exhibitis nihil hic compensationis expecta-
re, sed a Deo. 7. Ita dare, quomodo velle-
mus accipere. Glorificabo salvatorem pro
hac virtute. Peccati contra eam postulabo
indulgentiam, eandem virtutem expetam.

MEDITATIO CCLXI.

Feria 3. Domin. 13. post Pentecost.

De Castitate.

V Idebo Dominū IESVM in tuncure figu-
ratum; quia vox turturis prædicatio Ca-
stitatis, inquit D. Bernardus; serm. 59. in
Cant. At teste D. August. serm. 17. de temp.
& 33. ex 50. D. IESVS Castitatis auctor, &
primus ejus Magister, Petam Domini prædi-
cationem capere.

Cons. I